

ἄελ: ποινικῆς, ζάυθος, πηγάσινος, καὶ κυανέος *Punicus, Flauus, viridis, & cæruleus*, simul cum figura segmentum circuli repræsentante. Dico autem colores cum figura, siquidem nec hæc solum, nec illi seorsim ab hac sumpti, faciunt ut Iris sit Iris: Si enim tantum posterius, competeret hæc denominatio etiam arcibus (*halonibus*) ubi paulatim evanescente ab aliqua plaga mundi circulari figura sub finem apparitionis relinquitur segmentum. Si verò horum prius, virgæ meteoricæ, color nubium, guttæ item ex ore levi aspergine in aërem Soli obuersum diffusæ dici mererentur Irides, siquidem his etiam prædicti colores conveniunt.

*Efficiens proxima est refractione & reflexio radiorum* corporis luminosi: utroq; enim modo formatur & visui occurrit arcus iste, tam refractione quam reflexione. Attendendum autem hic venit discrimen radij refracti à reflexo, quorum ille est qui incidit in corpus diaphanum, seu medium lumini linquens transparentiam, quod perspicuitate sua luci aliquousq; præbet transitum, & quanquam in superficie secundum raritatem diversi medi radii angulum crasatur, tamen ultra illum angulum radius rectitudinem suam obtinet, nisi iterum rarius vel densius in medium incidat. Reflexus verò est qui incidit in corpus opacū aut ad minimum densum & propter densitatem impermeabile Radio, ubi ille resilit in oppositam partem unde venit, & quidem ad angulum Majorem. In formatione autem Iridis taliter quivis radius agit: Refractus quidem quia non generatur nisi materia aliqua transparentis ad verso Sole collocetur quæ exsorptos radios accipiat, sed tamen recta penetrare prohibeat, unde necesse est prius fieri refractionem radiorum. Talis etiam refractione patet ex effectu ipso, nam reflexus radius in formanda Iride agit quando ad perpendicularem pyramidis illuminationis contorquetur, & quia visus est in medio centri luminosi & corporis opaci, necesse est radium visui occurrere & sic speciem visibilem deferre, at autem ad dictam perpendicularem reflecti non posset, sed reverberaret versus partem superiorem, hoc est angulum Majorem, ut paulo ante dictum. Sed hoc omne plenius suo loco demonstrabitur.

*Finis*